

¹⁶ supra dictum est) & firmat etiam Rota dec. 56. num. 31. post Torr. de major. tom. 3. & ad ornat. Card. de Luca lib. 10. tom. 3. dec. 56. num. 9. in fine ex ejusdem Text. Littera tradunt Peregr. artic. 13. n. 35. & 59. & prosequitur Rota in mox allegatis Decisionibus, & præsertim dec. 487. n. 3. vers. 23. & quia, & dec. 521. n. 1. & 2. par. 19. recen. & dec. 47. n. 16. & seqq. & dec. 48. n. 8. & 9. penes Baldusc. rerum Judic. tit. 3.

Ab his igitur præscindendo, & omisso etiam examine alterius Conjecturæ deducitæ ex quo filii positi fuerint in conditione cum qualitate legitimitatis, quam refellunt pariter in his terminis ¹⁷ aliquæ ex relat. decij. & consonat. dec. 401. num. 16. par. 9. tom. 2. decif. 244. nu. 10. & 11. rec. & in Romana Fideicommissi 25. Junii 1704. coram bo. me. Molines impress. apud ornat. Gard. de Luca de fideic. dist. 55. nu. 8. agendum unicè superest de duabus reliquis eritis ex digressu ad plures substitutionum gradus, & contemplatione agnationis.

Porrò subsistentia, & efficacia harum conjecturarum, quarum altera nempè digressus ad plures gradus substitutionum enumeratur inter reje-

¹⁸ cias per dictum Text. in l. Hæredes m. i per Rotam eadem decis. 521. sub num. 2. par. 19. rec. elicitor ex ea Testamenti parte in qua Testator disposuit, quod Dicli Hæredes, sic ut supra descripti, nullo unquam tempore possint, neque valeant dicta Bona, ut supra descripta, vendere, & alienare, nec quomodolibet dilapidare, & hoc ad effectum conservandi Familiam, & Agnationem de Neriis in perpetuum, & in infinitum usque ad 7. 10. & 20. gradum si fieri potuerit ipsum Testatorem magis decorari, & ejus familiam ampliari &c. & in casu alienationis, & deteriorationis dictorum Bonorum tunc, & eo casu voluit, & mandavit, dicta bona, ut supra alienata, recuperari per dd. DD. Catharinam, Marian, & Elizabetham ejus Neptes; Subsumendo exinde, quod perpetuitas Ronorum in Familia verificari non possit, nisi vocatis filiis in conditione positis, quodque digressus habeatur usque ad 20. gradum, & contemplatio Agnationis in decorationem Testatoris, & Familia sit expressa. Verum præter quod videbatur ex hisce verbis non elici, nisi fideicommissum conservatorium in causa alienationis ut potè quia sunt restricta ad actus

¹⁹ inter vivos ibi vendere, alienare, & quomodolibet dilapidare ex deducti dec. 620. num. 5. par. 19. rec. & in Arimin. fideicommissi de Hippolytis 12. Aprilis 1717. §. Multoque minus coram R. P. D. meo Foscari, ita ut non induceret gravamen in causa obitus, ut firmat Rota dec. 63. nu. 7. coram Zarat. Non obstante quod fuerit adjecta illa ratio: Ad effectum conservandi Familiam, & agnationem de Neriis in perpetuum; Cum hæc ratio magis corroboret alienationis prohibitionem, sed non indè inferatur ad fideicommissum restituendum in casu obitus, ut bene probat Tor. var. Jur. quest. tom. 1. tit. 2. quest. 8. num. 28. Rota dec. 228. nu. 8. & seq. coram Celso, & in dicta Arimin. fideicommissi de Hippolytis, ut §. Multoque coram R. P. D. meo Foscari, maximè cum sit concepta absque ullo verbo dispositivo juxta pariter firmata per Peregr. de fid. artic. 14. nu. 11. & 18. Rota dicta dec. 228. num. 6. coram Celso decis. 300. nu. 22. in fin. & nu. 23. par. 1. & dec. 209. num. 14. par. 8. rec.

Uique etiam si exinde induci posset fideicommissum descendivum in casu mortis, tale profectio non esset, nisi in singulis lineis Trium Nepotum à Demophonte institutorum, inter quos censetur

ab initio facta hæreditatis distributio, nec posset exinde inferri, ut hic requiritur, ad reciprocam linearem vocativam ad portiones quoque Patruorum diversas lineas constituentium. Rota in Romana fideicommissi de Goris 9. Maii 1701. §. Abque eō quod coram bo. me. Ansaldo, in Romana fideicommissi 8. Junii 1705. §. Nam quatenus coram clar. me. Card. Caprara atque in Bononien. fideicommissi de Elephantutis 27. Februarii 1708. §. 12. coram Reverendissimo P. D. Aldrovando, & in terminis hujus questionis Rodulphin. allegat. 92. nu. 28. & seqq. Nequè ampliari posset de linea ad lineam ob præfata rationem Conservationis Familiae, & Agnationis de Neriis in perpetuum, quia cessantibus cæteris requisitis reciproca linearis, hæc ratio considerata intelligitur in singulis Columnellis, & lineis hæredum Institutorum, Roccæ adductæ concordan. disput. 17. n. 12. & prosequitur Rota in Romana fideicommissi de Goris eodem §. Absque eo quod coram bo. me. Ansaldo, & in dicta Bononien. fideicommissi de Elephantutis §. 12. & seqq. coram Reverendissimo P. D. Aldrovando.

Tollitque Dominis quamcumque in hac parte dispositionis difficultatem ea animadversio, quod Demophons Testator in dicto casu alienationis relatis verbis concepto, & ex quo tot argumenta in contrarium deducuntur restrictive locutus suit ad ipsos hæredes institutos, neque illo modo substituit Contravenientibus eorum, aut aliorum fratribus filios quamvis supra positos in conditione; Imò etiam in Casu quo dicti Hæredes contravenissent, nominatim, & expreſſe vocavit prædictas ejus Neptes, inter quas Elisabetham. Unde repugnare visum est, quod in Portionibus Patruorum ex tali prohibitione, & dispositione elici valeat prædilectio Filiorum in conditione positionis, dum in istorum Concursu in dictis portionibus Patruorum fuerunt primò vocatæ, & prædilectæ ipsæmet Neptes ex firmatis in puncto per Rotam decis. 63. nu. 5. coram Zarat. & decis. 287. nu. 9. par. 19. rec. dum præsertim data specifica substituti appositione in casu præcisio dictæ alienationis, ad excludendum hujusmodi substitutum proprio nomine vocatum numquam posunt Filii in conditione positæ sub appellativo nomine filiorum censeri vocati ad Patruorum portions, juxta magistrales decisiones 1281. & 1487. coram Seraphin. quas in simili sequitur de Luca de 26 fideic. dist. 21. nu. 5. Rota dec. 241. nu. 7. & seq. par. 9. & dec. 111. nu. 14. par. 13. rec.

Multo autem minus, dum ex eadem substitutione excluditur prætentio contemplatio Agnationis nequaquam aptabilis huic hypothesi in qua nec Testator mentionem fecit Masculinitatis, & nedum Masculos non prætulit foeminas, sed imò foeminas prætulit ipsi Masculis, eas in casu contraventionis expresse, ut dictum est, substituendo De Luca de fid. dist. 70. nu. 11. Rota dec. 27. 30. nu. 10. coram Dunozet. jun. d. dec. 241. nu. 5. par. 9. & dec. 111. n. 13. part. 13. in Eugubina fideicommissi 9. Maii 1707. §. Ipse coram me, & in Bononien. fideicommissi de Foscherariis 30. Aprilis 1717. §. Inter personas coram R. P. D. meo Foscario.

Ex quibus sanè omnibus, vel asserta vocatio filiorum positionis in conditione totaliter remanet exclusa quoad portions Patruorum ad quas tantum agit Cataldus ex persona Elisabeth suæ Auctricis, vel saltem negari non potest, quin redditæ si valde dubia, & difficilis, & hoc sanè sufficit, præsertim ne illa inducta sit ad exclusio-

nem dictæ Elisabeth expreſſe substitutæ, & quidem non ex fonte ipso vocationis, sed ex secundaria dispositione in prohibenda alienatione, & in Testamento non ascendentis, sed Transversalis, ut præter adductos supra §. Non suffragantibus probat Constantin. ad statut. urbis annot. 36. n. 280. Rota dec. 441. n. 16. coram Cerro, & dec. 79. num. 18. par. 18. rec.

Et ita omisſi levioribus; responsum fuit in seunda Causæ propositione utraque Parte &c.

R. P. D. CRISPOLTO.

E A D E M.

Veneris 26. Februarii 1723.

A R G U M E N T U M I D E M.

S U M M A R I U M.

- 1 Duæ sententiæ ex dispositione statuti Urbis habent vim trium.
- 2 Sententiarum validitas resultat ex revolutione actorum.
- 3 Sententiæ, quarum altera primam confirmat, sunt conformes.
- 4 Sufficit conformitas sententiarum in substantia.
- 5 Substitutus superest succedit in portionibus præmortuorum.
- 6 Etiam quoad portiones illis delatas per premonitionem aliorum.
- 7 Substitutio si sine filiis pluribus facta, uno moriente cum filiis expirat.
- 8 Text. in L. si hæredi plures ff. de Cond. & dem. explicatur & num. 9.
- 10 Verba si supradicti hæredes sunt distributiva.
- 11 Pluralitas resolvitur in singularitates proper verba prædicta.
- 12 Limita si instituti sint descendentes testatoris.
- 13 Secus si transversales.
- 14 Dictio Et stat disjunctivæ nec requirit concursus copulatorum in casu.
- 15 Dictiones tunc & eo casu stant demonstrative, non taxative.
- 16 Pluralitas resolvitur in singularitates etiam in substitutione concepta per collectivam, & de ratione.
- 17 Amplia si instituti non sunt descendentes Testatoris, sed transversales.
- 18 Filiorum positionis in conditione dispositiva vocatio secundum statutum Urbis non procedit in portionibus patruorum.
- 19 Vocatio hujusmodi in fideicommissis transversalium nonnisi per concludentes conjecturas inducitur.
- 20 Conjecturæ plures refelluntur ad tramites Text. in d. L. Hæredes mei.
- 21 Agnationis contemplatio, & digressus ad plures gradus substitutionum recensentur inter conjecturas validas ad sensum Rotæ.
- 22 Immo illis deficientibus filii non consentur dispositivæ vocati ad portions patruorum.
- 23 Explicantur decisiones de hac materia loquentes.

D E C I S I O X X .

I Mmissionem ad Bona Fideicommissi qu. De mophontis de Neriis dandam esse Josepho Cetaldo, ut hæredi Testamentario Elisabeth de Neriis vocatæ ad d. Fideicommissum, pronunciaverat in prima instantia A. C. Cincius, & post

modum in gradu Appellationis definitum fuerat per Reverendissimum D. meum Lancettam Decanum præviis geminis Decisionibus coram ipso editis sub diebus 20. Junii 1721. & 23. Februarii Superioris Anni. Verum hujusmodi Judicatis, etiæ conformibus, minimè acquiescens Christina de Neriis, habito recursu ad Signaturam Justitiae, Causam in suspensivo obtinuit mihi delegari cum Clausula; Constituto de duabus, ad cuius tramites in hodierna Audientia dato dubio: An constet de duabus, responsum fuit affirmativæ, attenta validitate, conformitate, & Justitia utriusque Sententiae, quæ proinde ex dispositione Statuti Urbis; quando prout in casu, res versatur inter districtuales, & circè Bona in Districtu Urbis existentia, habent vim trium, & rem judicatam constituta ex cumulatis per Constant. ad d. Stat. annot. 55. nu. 1. cum aliis deductis penes Rotam coram Durano decif. 365. n. 1. & in Praefinita fideicommissi super reservatis 22. Januarii currentis anni §. Enim verò coram Me.

Validitas siquidem non contr' overtebatur, nec controverti poterat tamquam probata ex revolutione Actorum juxta vulgatam decif. Capuaque. 260. par. 2. ac conformitas evidens reddebat, dum prima Sententia confirmat secundam, ut notat Gloss. in Clem. I. verb. alicuius de Sent. & re 3 judic. Rota in Romana Prælationis 28. Januarii 1692. §. Conformatum coram clar. mem. Card. Caverino, & in Avenionen. Primogeniture, sūc Consensus super executionem Sententiarum 3. Julii 1702. §. Sententia enim cor. b. m. Caffarello. Tametsi in dicta prima Sententia A. C. favore Septimia, & Petronillæ tunc in Judicio existentium præservata exierit tertia Pars dictorum Bonorum, quæ in Bartholomæum juniores illarum Patrem obveniebat, & in secunda Reverendissimi Domini Mei Decani, nulla facta mentione earundem Sororum, simpliciter reservata legatur cognitio super quantitate, & identitate eorumdem Bonorum. Tum quia exdem Sorores primo Judicato acquiecerunt, nec item in nostro Sacro Auditorio prosequentes sunt; quapropter nullam mentionem de eatum Juribus fieri oportuit in dicta secunda Sententia; Tum etiam quia utraque Sententia convenit, quod qualitatem, & subitaniam concedendi in genere Immissionem, quod sufficit ad inducandam utriusque Sententiae conformitatem, ut prosequitur Rota cor. Durano d. decif. 365. sub 4 n. 3. & in d. Avenionen. Primogeniture, sive Consensus super executionem Sententiarum 3. Julii 1702. §. Quia satis etiæ coram bo. me. Caffarello.

Justitia verò, ad quam in substantia tota quæstio reducebatur, emergere visa est ex integro tenore dispositionis Testamentariae Demophontis fideicommissit, qui sibi scriptis universales Hæredes: Andream, Sebastianum, & Joannem Baptistam ejus Neptes (sunt verba Testamenti) cum paclō, & conditione, quod alter alteri moriatur, & alter uni, & si casus evenerit (quod Deus avertat) supradicti DD. Hæredes sic, ut supradicti, moriantur absque filiis legitimis, & naturalibus tunc, & eo casu voluit, & mandavit succedere in dicta hæreditate infra scriptas ejus Neptes feminas &c. videlicet DD. Catharinam, Marian, & Elisabeth. Unde cùm ex dd. tribus Hæredibus primò obierit Joannes Baptista cum filiis, quorum hodie superest eadem Christina, ac postmodum deceperit Andreas absque illa Prole, cui succederit Sebastianus ex reciproca inter eos ordinata per Testatorem, & ultimo loco pariter sine filiis diem suum obierit idem Sebastianus, unique ad Bona eidem

eidem fideicommisso subiecta successio aperta remansit favore ejusdem Elisabeth, quae tunc ex aliis Sororibus substitutis, & jam prædefunctis unicè supervivebat ad Text. in leg. cum ita legatur 33, §. In fideicommisso, & in leg. peto 71, §. Fratre ff. de legat. 2, & in his terminis notat Torr. de pacif. futur. success. lib. 2, cap. 36, num. 11, cum seqq. & adductis concordan. Rota coram Cerro decis. 361, num. 1, & quidem tam in ipsius Sebastiani portio- ne, quam, & in altera eidem obvanta per præ- morientiam dicti Andreae finè filiis ad late tradita 6 in specie per Rotam coram Gregor. decis. 337, nu. 5, coram Bichio dec. 424, nu. 13, & in rec. decis. 474, cum duobus seqq. par. 1, num. 1.

Non suffragante iterum repetito objecto, quod vocatio Elisabeth pendeat ab illa conditione, si casus evenerit, quod supradicti hæredes sine filiis moriantur, idèò dum Joannes Baptista unus ex eis reliquerit eamdem Christinam ejus filiam d. vocatio præfatae Elisabeth ex defecitu verificati- nis obitus dd. Hæredum absque filiis evanuerit juxta Censuram Text. in l. si hæred. plures ff. de 7 condit. Instit. cum cæteris adductis penes Rotam ad Ornatum. Card. de Luca lib. 10, dec. 66, num. 2, & 3.

Ulra quod enim præsentis casus hypothesei congruere minimè videbantur Doctrinæ in contraria allegata, quia Text. in d. leg. si hæred. plures loquitur de pluribus conditionibus conjunctim uno hæredi datis, & substitutio, de qua dis- putatur, facta legitur sub unica dumtaxat condi- tione respiciente ad diversa, & plura subiecta obitum nimirum sine filiis Hæredum Institutorum, quo in casu ad hoc ut eadem substitutio sum sortiatur effectum, necessè non videtur con- ditionem in omnibus verificari, sed sufficit illam purificatam extitisse in uno ex dd. diversis sub- 9 jectis, ut distinguendo tradit Baldus in repetitione ejusdem leg. circà finem versic. & dixi, & ratiocinatur Rota in rec. decis. 487, nu. 11, par. 19. Rota verò in d. decis. 66, ad ornatum Card. de Luca lib. 10, respondit pro exclusione substituti ex peculia- ribus facti circumstantiis, quæ hic deficiunt, & signanter ex quo Testator nedum Prædium Jure legati relictum noluit posse dividi, verum etiam ex quo consideravit Legatarios pro unica dum- taxat linea, quamobrem donec unus ex eis su- perstes remanerat substitutioni locus esse non po- terat. Duplici, & quidem æquè Juridica repon- sione prædictum objectum removeri visum fuit.

Prima nempe quod memorata vocatio Elisabeth facta non fuit sub aliqua collectiva, si ambo, si omnes, vel simili, sed dumtaxat Testator dixerit: Si casus evenerit, quod supradicti Hæredes &c. quæ verba sunt distributiva, ut in indiaudo pon- derat Alex. conf. 91, sub num. 4, vers. probatur etiam hoc aperte lib. 1. Rota in rec. decis. 128, sub nu. 7, par. 15, latissime in Romana fideicommissi 11. Januarii 1706, §. Fortius quia coram bon. me. Muto cum aliis in decis. hujus Causæ sub die 20. Junii 1721, §. Neque circà finem, & in ejus con- firmatoria 23. Februarii superioris anni §. Ut enim coram Reverendissimo D. meo Decano, & proinde cùm in hac parte nulla resistat proprietas verbo- rum, quibus Testator vota sua explicavit, re- solvit pluralitas in suas singularitates, & sub- stitutio facta dicitur in qualibet portione, & cui- libert decedenti ad Tex. aperum in leg. Lucius Ti- tius 78, §. Cajo ff. ad Senatus consult. Trebellianum & prosequitur Alex. d. conf. 91, sub num. 4, cum duobus seqq. libr. 1. Balducc. ad Ramon. confil. 75,

nu. 84, & 91, in fine Cancer. var. par. 3, cap. 15, nu. 257, cum seqq. & cap. 22, num. 146, & duo- bus seqq. Donat. Ant. de Marinis resol. Jur. lib. 2, cap. 220, num. 2, & 3, ubi quod si Instituti sunt ex Descendentibus Testatoris, ut substitutio locum habere possit, requiritur, ut omnes sine filiis decendant juxta Tex. in l. quidam penult. C. de Impuber. & alii substitut, quando verò Instituti sunt Transversales, ut hic, substitutio semper dicatur verificata in portione cujuslibet sine filiis de- cedentis, & quod hic sit causus clare decisus per Text. in leg. Lucius Titius 78, §. Cajo ff. ad Senatus consult. Trebell. Mantic. de conjectur. lib. 11, tit. 15, nu. 17, ubi quod ita concludunt omnes Doctores Torr. de Pacif. futur. success. lib. 2, nu. 40, & cap. 36, num. 11. Rota coram Emerix jun. decis. 889, num. 13, & egregiè distinguenda in Mantissa ad Card. de Luc. decis. 55, num. 3, libr. 10, & in d. Romana fideicommissi 11. Januarii 1706, §. Fortius quia coram bon. mem. Muto.

Idque procedit non obstante dictione &, quæ quando, prout in casu, apposita reperitur inter di- versas Personas, non dicitur stare copulativè, sed disjunctivè, neque omnium copulatorum concur- sum requirit, ut in his terminis tradunt Rovit. 14 consil. 77, num. 10, cum seqq. lib. 1. Ciriac. contr. 536, nu. 10. Peregrin. de fideicommissi artic. 18, n. 16, circa finem Rota coram Bichio decis. 498, num. 16, in recent. decis. 487, num. 8, & 9, par. 19. confirmata in subsequenti decis. 521, eadem par. 19, in Mantissa ad Card. de Luca lib. 10, dicta decis. 55, num. 40, & in totis allegata Romana fideicommissi 11. Januarii 1706, §. Fortius quia in fin. coram bo. me. Muto, atque etiam minimè obstan- te restrictiva, tunc & eo casu; Cum hujusmodi verba non intelligantur stare restrictivè, sed de- monstrativè, & ad qualificandam conditionem substitutionis, ut communiter firmant Soccin. jun. 15 conf. 106, nu. 27, lib. 1. Peregrin. conf. 22, n. 25, lib. 6. Surd. conf. 344, num. 13. Menoch. de præ- sumpt. lib. 4, præsumpt. 36, num. 27. Rocch. disput. Jur. cap. 22, num. 9, & seqq. Mantic. de conjectur. lib. 3, tit. 14, sub num. 10, versic. sed tamen Rota in rec. dec. 77, num. 38, & decis. 134, num. 1, & decis. 142, num. 22, cum seq. par. 7, & in Mantissa ad Card. de Luca lib. 10, decis. 26, num. 6, & dicta decis. 55, num. 7, in fine.

Altera verò responsio est, quod tametsi mox recentia verba: Si supradicti hæredes moriantur absque filiis, per quemcumque subauditum intellectum importare possent collectivam, ita ut idem es- set ac si Testator dixisset; Si omnes: Si ambo; Adhuc favore Elisabeth aperta dicitur successio ad portiones Andreae, & Sebastiani, qui absque illa prole obierunt, quamvis Joannes Baptista filios reliquerit, & inter eos eamdem Christinam, quia fideicommissaria substitutio facta post mortem duorum, vel plurium sine filiis æquè locum ha- bet in portione eorum, qui sinè filiis dece- ferunt, ac in omni, & toto reliquo, si omnes sine filiis obiissent, cùm in his circumstantiis pluralitas ex interpretatione Juris resolvatur in suas singularitates ex illa textuali, & satis convi- centi ratione, quod nimirum absurdum foret portionem denegari ei, quem Testator totum habe- re voluit juxta celebre responsum Papiniani in l. 16 hæredes mei 57, §. Cum ita ff. ad Senatus consult. Trebell. & firmant Honde d. conf. 65, numer. 21, & seqq. lib. 2. Rodolph. allegat. 92, numer. 2. Torr. variar. tom. 1, tit. 2, queſt. 19, numer. 4, & seqq. Peregrin. de fideicommissi artic. 13, numer. 56. Card. de Luca de fideic. disc. 95, num. 2. Rota

Rota post Torr. de pacif. futur. success. decis. 82, nu. 4, & 5, coram Gregorio decis. 296, num. 4: decis. 804, num. 1, & seqq. part. 1, divers. in recentior. decis. 145, numer. 1, cum seqq. part. 1, decis. 192, num. 9, part. 18, decis. 487, à num. 11, & decis. 521, num. 1, & seqq. part. 19, & in Spoleana Immisionis 10. Januarii 1716, §. Sublata coram Eminentissimo Domino Cardinali Althann.

Præterim quando non agitur cum filiis Institu- torum, qui sine de descendente Testatoris, sed prout in casu, quæstio est cum Transversali- bus ad tradita in specie per Rotam post dicitur. 17 Contrari dec. 71, num. final. & generaliter Peregrin. de fideicommissi artic. 13, num. 36. Card. de Luca de fideicommissi artic. 98, num. 10. Rota coram Seraphin. decis. 1190, num. 4, vers. Frater, & seqq. in rec. de- cis. 1, part. 15, decis. 142, num. 18, part. 17, d. dec. 477, num. 4, & d. decis. 521, sub num. 3, part. 19, in Mantissa ad Card. de Luca lib. 10, decis. 54, n. 6, & decis. 55, num. 7, & in Auximana bonorum super fideicommisso Josephi 18. Februarii 1715, §. Pre- cipue quia coram Eminentiss. D. Card. Scotto.

Neque putarunt DD. hic locum sibi vindicare posse limitationem à Doctoribus dari solitam dicti Papini- na Responso, quod nimurum pluralitas in suas singularitates resolvi nequeat, ubi in medio existat Persona ex præsumpta voluntate Defuncti prædi- lecta. Quia Christina licet comprehensa, ac posita sub illa conditione, Si sine filiis, censeri debet exprefse vocata ad formam dispositionis Statuti Urbis; hujusmodi enim vocatio procedere potest dumtaxat, quoad portionem Joannis Baptista ejus Patris, de qua non est quæstio, non verò quoad portiones Andreae, & Sebastiani Patruorum, de quibus disputatur, ut comman- ter firmant Surd. conf. 439, num. 7, bo. me. Orzanius in voto impresso in Mantissa ad Card. de Luca decis. 63, num. 78, & 79, lib. 10. Rota post Torre de pacif. futuræ successionis decis. 547, num. 6, coram Seraphin. decis. 1281, num. 1, & per tot. & decis. 1479, numer. 1, quas in materia magistralis communiter reputari testatur Card. de Luca de fideic. disc. 21, num. 5, cum aliis in specie relatis in rec. decis. 487, à num. 16, ad 21, & decis. 521, num. 31, part. 19, & in Romana Immisionis 7. Decembri superioris anni §. Neque Francisco coram Me.

Et licet pro inducenda vocazione filiorum in conditione positorum ad portionem Patruis admittantur etiam conjecturæ, debent tamen istæ esse vehementes, & valde urgentes, ita ut concludant per neceſſe, non autem per possibile, quando, prout in casu, agitur de dispositione condita per Trans- versales Buccaf. conf. 101, num. 23. Hodie. contr. 10, num. 5. Torr. variar. queſt. lib. 1, tit. 2, qu. 29, num. 21. Constant. ad Statut. Urb. annos. 30, sub num. 276. Rota post Torre de Majorat. decis. 61, numer. 6, coram Arguell. dec. 32, num. 12, coram Roias decis. 111, num. 3, & decis. 123, num. 4, & in rec. dec. 429, num. 16, part. 4, tom. 2, decis. 176, nu. 8, part. 18, & in d. decis. 487, num. 28, & 29, part. 19.

Hujus generis profecto minimè vîsa sunt illæ, quæ ex parte Christinæ iterum repeatabantur, cùm sigillatum penitus irrelevantes fuerint recognitæ, & egregiè confutatae, ac validissimis animadver- sionibus rejectæ in geminis decisionibus præcedentis instantiæ, atque ad effectum inducendi dis- positivam vocationem positorum in conditione ad portionem Patruis, nullo numero semper ha- bitæ fuerunt illæ omnes conjecturæ, quæ con- correbant in responso Papiniani in dicto §. Cum ita, ubi aderat reciproca inter hæredes institutos, filii bis positi erant in conditione, & semel in Decisiones noviss. ad Castillum de Alimentis.

R. P. D. ROUAULT DE GAMACHES

CAVALLICEN. IMMISSIONIS,

SEU PRIMOGENITURÆ.

Veneris 21. Junii 1720.

ARGUMENTUM.

Facultas nominandi quibus verbis liberè à Testatore concessa dicatur, ita ut exer- ceri valeat non servato ordine Scripturæ

inter